MATUTINALE ADMONTENSE (NONNENBREVIER)
Admont, 1180 Seite 261v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



qui illis. Al. In hoc cognouimus carita
tem dei in nobis. quoniam de spiritu sancto dedit nobis.
Nos sumus testes xpi. et spiritus sanctus quem dedit
deus omnibus obedientibus sibi. Al. Ecclesia
crescebat et confortabatur ambulans in
timore dei. et consolatione spiritus sancti reple
batur. Al. Deus spei repleat uos omni
gaudio et pace in credendo. ut abunde
tis in spe et uirtute spiritus sancti. Al. Liv.
Gratia uobis et pax ab eo qui erat et qui est et
qui uenturus est. et a septem spiritibus qui in
conspectu throni eius sunt. Al. Vnicuique
datur manifestatio spiritus ad utilitatem.
Omnia operatur unus atque idem spiritus. diuidens
singulis prout uult. Al. Liv.
Dextera dei xpc exaltatus. et promissione
spiritus sancti accepta a patre. effudit hec quem uos iu
distis et audistis. Al. Non accepistis
spiritum seruitutis iterum in timore. sed acce
pistis spiritum adoptionis in quo clamamus
abba pater. Al. Liv. Alii quidem datur
per spiritum sermo sapientie. alii autem sermo
scientie secundum eundem spiritum.

Vig. Iohannis. x. Ad vesp.

Priusquam te formarem in utero no
ui te. et ante quam exires de uulua
sanctificaui te. et prophetam in gentibus dedi
te. Ad mat. iii. et in ii. vesp.
Audite insule et attendite populi de
longe. dominus ab utero uocauit me.
de uentre matris mee recordatus est
nominis mei. et posuit me sicut sagit
tam electam. vi. Misit dominus manum
suam et tetigit os meum et dixit dominus ad me.
ecce dedi uerba mea in ore tuo. ecce con
stitui te super gentes et regna. viiii. Posuit
os meum dominus quasi gladium acutum. sub
umbra manus sue protexit me. et dixit mihi.
seruus meus estu in te gloriabor. Al.

Hec dicit dominus formans me ex utero seruum
sibi. dedi te in lucem gentium. ut sis salus
mea usque ad extremum terre. In vig. apostolorum.

Petrus et Iohannes ad vesp.
Pascendebant in templum. ad horam
orationis nonam. Ad mat. iii. et
Misit herodes in ii. vesp.
Mirex manus ut affligeret
quosdam de ecclesia. occidit autem
Iacobum fratrem Iohannis gla
dio. uidens autem quia placeret iudeis.
apposuit apprehendere et Petrum. Al.
Angelus domini astitit et lumen refulsit in ha
bitaculo carceris. percussoque latere Petri
excitauit eum dicens. surge uelociter.
et ceciderunt catene de manibus eius. Al.
Petrus ad se reuersus dixit. nunc scio
uere quia misit dominus angelum suum. et eripu
it me de manu herodis. et de omni expec
tatione plebis iudeorum. Pauli apostoli.
Omnibus omnia factus sum. ut
omnes saluos facerem. omnia autem
facio propter euangelium ut particeps eius
efficiar. vi. Ego sum minimus apostolorum.
qui non sum dignus uocari apostolus quoniam persecu
tus sum ecclesiam dei. gratia autem dei sum id
quod sum. viiii. Michi omnium sanctorum mini
mo data est gratia hec. in gentibus euangelizare
inuestigabiles diuicias xpi.

In fra oct. et in ipsa oct. apostolorum.

Angelus domini per noctem aperiens ianuas
carceris et educens apostolos dix
it. ite et stantes in templo loquimini ple
bi omnia uerba uite huius. Al. Liv.
Respondens Petrus et apostoli dixerunt. obe
dire oportet deo magis quam hominibus. Al.
Deus nos apostolos nouissimos ostendit tanquam
morti destinatos. quia spectaculum facti
sumus mundo. et angelis et hominibus.